



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorum**

**VD16 B 5530**

3. Conclusio, Confeßio malefici contra socium, facit indicium ad torturam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

in lib. de Strygibus, & Paulo Grillando Iuris  
 consulto, caussarum Criminalium in vrbe Iu-  
 dice, in li. 2. de Sortilegijs. Omnes enim dicti &  
 alij, processus instituerunt secundum formam  
 Iuris, in inquisitione hereticorum seruadam.  
 Sed in hac forma continetur, vt credatur con-  
 fortibus, ex lib. 6. de hæret. cap. In fidei fa-  
 uorem.

2. Conclusio. *Certum etiam est, quod  
 maleficis de se confessis non habetur tanta  
 fides, quanta hominibus integra fame, opi-  
 nionis & vita.*

OMNES in hac re conueniunt: quia ex con-  
 fessione proprij criminis, aliquo modo  
 eorum in opinione hominum læsa est fides:  
 Alias etiam ad trium vel quatuor denuncia-  
 tiones posset aliquis damnari: quod non est  
 in præxi, vt in Conclusione vltima plenius  
 declarabitur.

3. Conclusio, *Confessio malefici contra  
 socium, facit indicium ad torturam.*

NOTANDVM: hæc Conclusio duplicem  
 potest habere sensum: vnus est, quod cō-  
 fessio vnus contra socium sit sufficiens ad  
 torturam, absq; alijs indicatijs & adminiculis, &  
 sic tenet Cynus in L. fin. C. de accusa. Anthon.  
 de Butrio in cap. 1. de confess. Paulus de Leaza-  
 ris

ris in ea grauis. De deposito, vt citat eos Alexand. lib. 3. consil. 89. incipiente: Viso themate antescriptæ. In eundem videntur descendere sensum Ioan. Immol. & Panorm. in cap. d. de confess. Angel. in d. L. fin. & Dinus in tractatu de quæst. Secundus sensus est, quod confessio vnus contra socium, vnum faciat indicium, non per se sufficiens sine alia præsumptione vel indicijs: & hunc in Conclusionem intendimus.

Probatur nunc Conclusio, præsuppositis supra probatis. In criminibus exceptis socium interrogandum de socijs, & Maleficium esse e numero exceptorum. In criminibus exceptis dictum socij facere indicium ad torturam, à fortiori probata authoritas Doctorum pro primo sensu citatorum. Nam qui sentit id, quod maius est, multò magis id quod minus est, sub eodem gradu sentire dicitur. Deinde in sensu nostro tenent communiter Doctores, in criminibus exceptis confessionem socij contra socium facere indicium ad torturam: Innocentius in cap. Quoniam. de testib. Gloss. in L. fin. C. de accus. & in L. Quoniam liberi. C. de test. quam ibidem Doctores sequuntur. Alexand. in d. consil. & in lib. 2. consil. 211. incipiente. Visa facti renunciatione. Philippus Decius in consil. 189. num. 7. & 10. incipiente, Latatus sum plurimum, &c. Idem in cap. Quoniam de test. Philip. Corneus vol. 1. consil. 58. Hyppol. T 5 Marfil.

Marsil. in consil. Criminal. consil. 22. & 109.  
 num. 11. & in L. 1. §. D. Antoninus. ff. de q. & la-  
 tē in praxi criminali. §. Diligenter, a num. 59.  
 Ludouic. Roman. in consil. 154. Bald. 1. vol.  
 consil. 95. Conrad. Lancilott. in tractat. de of-  
 fic. prætor. in criminal. in tit. de negatione cri-  
 minis & tormentis, num. 23. Albert. Gandinus  
 in tractatu maleficorum, in Rubr. de quæstio-  
 nibus & tormentis: & hæc est communis sen-  
 tentia, vt tradit Iul. Clarus lib. 5. sententiarum.  
 §. fin. q. 21. vers. Sed quid in criminibus excep-  
 tis. Idem confirmo ex definitione & differen-  
 tia indicij leuis & grauis, secundum praticos.  
 Leue est, cui contingit frequenter abesse veri-  
 tatem. Graue, cui contingit frequenter adesse  
 veritatem. Sed maleficorum denunciatio-  
 nibus non solum frequenter, sed aut ferè sem-  
 per, aut semper contingit adesse veritatem, vt  
 Iudicum experientia & processibus constat,  
 ergo denunciatio malefici contra socium fa-  
 cit indicium graue: quia cui competit defini-  
 tio, competit & definitum.

4. Conclusio. Confessio vnius socij in  
 maleficio contra alium est sufficiens ad in-  
 quirendum in criminibus exceptis.

PROBATVR. Confessio huiusmodi ali-  
 quem habet effectum, vt constat ex dictis.  
 Ergo ad inquirendum: cum per se nõ sufficiat  
 ad tor.